

**IOANNES PP. XXIII  
SERVUS SERVORUM DEI  
AD PERPETUAM REI MEMORIAM  
CONSTITUTIO APOSTOLICA  
VETERUM SAPIENTIA**

***DE LATINITATIS STUDIO PROVEHENDO***



1. Veterum Sapientia, in Graecorum Romanorumque inclusa litteris, itemque clarissima antiquorum populorum monumenta doctrinae, quasi quaedam praenuntia aurora sunt habenda evangelicae veritatis, quam Filius Dei, *gratiae disciplinaeque arbiter et magister, illuminator ac deductor generis humani* (1), his nuntiavit in terris. Ecclesiae enim Patres et Doctores, in praestantissimis vetustorum illorum temporum memoriis quandam agnoverunt animorum praeparationem ad supernas suscipiendas divitias, quas Christus Iesus *in dispensatione plenitudinis temporum* (2) cum mortalibus communicavit; ex quo illud factum esse patet, ut in ordine rerum christianarum instaurato nihil sane perierit, quod verum, et iustum, et nobile, denique pulchrum ante acta saecula peperissent.

2. Quam ob rem Ecclesia sancta eius modi sapientiae documenta, et in primis Graecam Latinamque linguas, sapientiae ipsius auream quasi vestem, summo quidem honore coluit: atque etiam venerandos sermones alios, qui in orientis plagis floruerunt, quippe cum ad humani generis profectum et ad mores conformandos haud parum valerent, in usum recepit; iidemque sive in religiosis caerimoniis sive in Sacrarum Scripturarum interpretatione adhibiti, usque ad praesens tempus in quibusdam regionibus, perinde ac vivacis antiquitatis numquam intermissae voces, viguerunt.

3. Quarum in varietate linguarum ea profecto eminent, quae primum in Latii finibus exorta, deinde postea mirum quantum ad christianum nomen in occidentis regiones disseminandum profecit. Siquidem non sine divino consilio illud evenit, ut qui sermo amplissimam gentium consortionem sub Romani Imperii auctoritate saecula plurima sociavisset, is et proprius Apostolicae Sedis evaderet (3) et, posteritati servatus, christianos Europae populos alios cum aliis arto unitatis vinculo coniungeret.

Suae enim sponte naturae lingua Latina ad provehendum apud populos quoslibet omnem humanitatis cultum est peraccommodata: cum invidiam non commoveat, singulis gentibus se aequabilem praestet, nullius partibus faveat, omnibus postremo sit grata et amica. Neque hoc neglegatur oportet, in sermone Latino nobilem inesse conformationem et proprietatem; siquidem *loquendi genus pressum, locuples, numerosum, maiestatis plenum et dignitatis* (4) habet, quod unice et perspicuitati conducit et gravitati.

4. His de causis Apostolica Sedes nullo non tempore linguam Latinam studiose asservandam curavit eamque dignam existimavit *qua tamquam magnifica caelestis doctrinae sanctissimarumque legum veste* (5) uteretur ipsa in sui exercitatione magisterii, eademque uterentur sacrorum administri. Hi namque ecclesiastici viri, ubicumque sunt gentium, Romanorum sermone adhibito, quae sunt Sanctae Sedis promptius comperire possunt, atque cum ipsa et inter se expeditius habere commercium.

Eam igitur, adeo cum vita Ecclesiae conexam, *scientia et usu habere perceptam, non tam humanitatis et litterarum, quam religionis interest* (6), quemadmodum Decessor Noster imm. mem. Pius XI monuit, qui, rem ratione et via persecutus, tres demonstravit huius linguae dotes, cum Ecclesiae natura mire congruentes: *Etenim Ecclesia, ut quae et nationes omnes complexu suo contineat, et usque ad consummationem saeculorum sit permansura..., sermonem suapte natura requirit universalem, immutabilem, non vulgarem* (7).

5. Nam cum ad Ecclesiam Romanam necesse sit *omnem convenire ecclesiam* (8), cumque Summi Pontifices potestatem habeant *vere episcopalem, ordinariam et immediatam tum in omnes et singulas Ecclesias, tum in omnes et singulos pastores et fideles* (9) cuiusvis ritus, cuiusvis gentis, cuiusvis linguae, consentaneum omnino videtur ut mutui commercii instrumentum *universale* sit et aequabile, maxime inter Apostolicam Sedem et Ecclesias, quae eodem ritu Latino utuntur. Itaque tum Romani Pontifices, si quid catholicas gentes docere volunt, tum Romanae Curiae Consilia, si qua negotia expediunt, si qua decreta

conficiunt, ad universitatem fidelium spectantia, semper linguam Latinam haud secus usurpant, ac si materna vox ab innumeris gentibus accepta ea sit.

6. Neque solum universalis, sed etiam *immutabilis* lingua ab Ecclesia adhibita sit oportet. Si enim catholicae Ecclesiae veritates traderentur vel nonnullis vel multis ex mutabilibus linguis recentioribus, quarum nulla ceteris auctoritate praestaret, sane ex eo consequeretur, ut hinc earum vis neque satis significanter neque satis dilucide, qua varietate eae sunt, omnibus pateret; ut illinc nulla communis stabilisque norma haberetur, ad quam ceterarum sensus esset expendendus. Re quidem ipsa, lingua Latina, iamdiu adversus varietates tuta, quas cotidiana populi consuetudo in vocabulorum notionem inducere solet, fixa quidem censenda est et immobilis; cum novae quorundam verborum Latinorum significationes, quas christianarum doctrinarum progressio, explanatio, defensio postulaverunt, iamdudum firmatae sint rataeque.

7. Cum denique catholica Ecclesia, utpote a Christo Domino condita, inter omnes humanas societates longe dignitate praestet, profecto decet eam lingua uti *non vulgari*, sed nobilitatis et maiestatis plena.

8. Praetereaque lingua Latina, quam *dicere catholicam vere possumus* (10), utpote quae sit Apostolicae Sedis, omnium Ecclesiarum matris et magistrae, perpetuo usu consecrata, putanda est et *thesaurus ... incomparandae praestantiae* (11), et quaedam quasi ianua, qua aditus omnibus patet ad ipsas christianas veritates antiquitus acceptas et ecclesiasticae doctrinae monumenta interpretanda (12); et vinculum denique peridoneum, quo praesens Ecclesiae aetas cum superioribus cumque futuris mirifice continetur.

9. Neque vero cuique in dubio esse potest, quin sive Romanorum sermoni sive honestis litteris ea vis insit, quae ad tenera adulescentium ingenia erudienda et conformanda perquam apposita ducatur, quippe qua tum praecipuae mentis animique facultates exerceantur, maturescant, perficiantur; tum mentis sollertia acuatur iudicandique potestas; tum puerilis intellegentia aptius constituatur ad omnia recte complectenda et aestimanda; tum postremo summa ratione sive cogitare sive loqui discatur.

10. Quibus ex reputatis rebus sane intellegitur cur saepe et multum Romani Pontifices non solum linguae Latinae momentum praestantiamque in tanta laude posuerint, sed etiam studium et usum sacris utriusque cleri administris praeceperint, periculis denuntiatis ex eius negligentia manantibus.

Iisdem igitur adducti causis gravissimis, quibus Decessores Nostri et Synodi Provinciales (13), Nos quoque firma voluntate enitimur, ut huius linguae, in suam dignitatem restituae, studium cultusque etiam atque etiam provehatur. Cum enim nostris temporibus sermonis Romani usus multis locis in controversiam coeptus sit vocari, atque adeo plurimi quid Apostolica Sedes hac de re sentiat exquirant, in animum propterea induximus, opportunis normis gravi hoc documento editis, cavere ut vetus et numquam intermissa linguae Latinae retineatur consuetudo, et, sicubi prope exoleverit, plane redintegretur.

Ceterum qui sit Nobismetipsis hac de re sensus, satis aperte, ut Nobis videtur, declaravimus, cum haec verba ad claros Latinitatis studiosos fecimus: *Pro dolor, sunt sat multi, qui mira progressionem artium abnormiter capti, Latinitatis studia et alias id genus disciplinas repellere vel coercere sibi sumant... Hac ipsa impellente necessitate, contrarium prosequendum iter esse putamus. Cum prorsus in animo id insideat, quod magis natura et dignitate hominis dignum sit, ardentius acquirendum est id, quod animum colat et ornet, ne miseri mortales similiter ac eae, quas fabricantur, machinae, algidi, duri et amoris expertes existant* (14).

11. Quibus perspectis atque cogitate perpensis rebus, certa Nostri muneris conscientia et auctoritate haec, quae sequuntur, statuimus atque praecipimus.

§ 1. Sacrorum Antistites et Ordinum Religiosorum Summi Magistri parem dent operam, ut

vel in suis Seminariis vel in suis Scholis, in quibus adulescentes ad sacerdotium instituantur hac in re Apostolicae Sedis voluntati studiose obsequantur omnes, et hisce Nostris praescriptionibus diligentissime pareant.

§ 2. Paterna iidem sollicitudine caveant, ne qui e sua dictione, novarum rerum studiosi, contra linguam Latinam sive in altioribus sacris disciplinis tradendis sive in sacris habendis ritibus usurpandam scribant, neve praeiudicata opinione Apostolicae Sedis voluntatem hac in re extenuent vel perperam interpretentur.

§ 3. Quemadmodum sive Codicis Iuris Canonici (can. 1364) sive Decessorum Nostrorum praeceptis statuitur, sacrorum alumni, antequam studia proprie ecclesiastica inchoent, a peritissimis magistris apta via ac ratione congruoque temporis spatio lingua Latina accuratissime imbuantur, *hanc etiam ob causam, ne deinde, cum ad maiores disciplinas accesserint... fiat ut prae sermonis inscitia plenam doctrinarum intellegentiam assequi non possint, nedum se exercere scholasticis illis disputationibus, quibus egregie iuvenum acuuntur ingenia ad defensionem veritatis* (15). Quod ad eos quoque pertinere volumus, qui nati maiores ad sacra capessenda munia divinitus vocati, humanitatis studiis vel nullam vel nimis tenuem tradiderunt operam. Nemini enim faciendus est aditus ad philosophicas vel theologicas disciplinas tractandas, nisi plane perfecteque hac lingua eruditus sit, eiusque sit usu praeditus.

§ 4. Sicubi autem, ob assimilatam studiorum rationem in publicis civitatis scholis obtinentem, de linguae Latinae cultu aliquatenus detractum sit, cum germanae firmaeque doctrinae detrimento, ibi tralaticium huius linguae tradendae ordinem redintegrari omnino censemus; cum persuasum cuique esse debeat, hac etiam in re, sacrorum alumnorum institutionis rationem religiose esse tuendam, non tantum ad disciplinarum numerum et genera, sed etiam ad earum docendarum temporis spatia quod attinet. Quodsi, vel temporum vel locorum postulante cursu, ex necessitate aliae sint ad communes adiciendae disciplinae, tunc ea de causa aut studiorum porrigatur curriculum, aut disciplinae eadem in breve cogantur, aut denique earum studium ad aliud reiciatur tempus.

§ 5. Maiores sacraeque disciplinae, quemadmodum est saepius praescriptum, tradendae sunt lingua Latina; quae ut plurimum saeculorum usu cognitum habemus, *aptissima existimatur ad difficillimas subtilissimasque rerum formas et notiones valde commode et perspicue explicandas* (16); cum superquam quod propriis ea certisque vocabulis iam pridem aucta sit, ad integritatem catholicae fidei tuendam accommodatis, etiam ad inanem loquacitatem recidendam sit non mediocriter habilis. Quocirca qui sive in maximis Athenaeis, sive in Seminariis has profitentur disciplinas, et Latine loqui tenentur, et libros, scholarum usui destinatos, lingua Latina scriptos adhibere. Qui si ad hisce Sanctae Sedis praescriptionibus parendum, prae linguae Latinae ignoratione, expediti ipsi non sint, in eorum locum doctores ad hoc idonei gradatim sufficientur. Difficultates vero, si quae vel ab alumnis vel a professoribus afferantur, hinc Antistitum et Moderatorum constantia, hinc bono doctorum animo eae vincantur necesse est.

§ 6. Quoniam lingua Latina est lingua Ecclesiae viva, ad cotidie succrescentes sermonis necessitates comparanda, atque adeo novis iisque aptis et congruis ditanda vocabulis, ratione quidem aequabili, universali et cum veteris linguae Latinae ingenio consentanea - quam scilicet rationem et Sancti Patres et optimi scriptores, quos *scholasticos* vocant, secuti sunt - mandamus propterea S. Consilio Seminariis Studiorumque Universitatibus praeposito, ut Academicum Latinitatis Institutum condendum curet. Huic Instituto, in quo corpus Doctorum conflatur oportet, linguis Latina et Graeca peritorum, ex variisque terrarum orbis partibus arcessitorum, illud praecipue erit propositum, ut - haud secus atque singularum civitatum Academiae, suae cuiusque nationis linguae provehendae constitutae - simul prospiciat congruenti linguae Latinae progressioni, lexico Latino, si opus sit, additis verbis cum eius indole et colore proprio convenientibus; simul scholas

habeat de universa cuiusvis aetatis Latinitate, cum primis de christiana. In quibus scholis ad pleniorum linguae Latinae scientiam, ad eius usum, ad genus scribendi proprium et elegans ii informabuntur, qui vel ad linguam Latinam in Seminariis et Collegiis ecclesiasticis docendam, vel ad decreta et iudicia scribenda, vel ad epistolarum commercium exercendum in Consiliis Sanctae Sedis, in Curiis dioecesium, in Officiis Religiosorum Ordinum destinantur.

§ 7. Cum autem lingua Latina sit cum Graeca quam maxime coniuncta et suae conformatione naturae et scriptorum pondere antiquitus traditorum, ad eam idcirco, ut saepe numero Decessores Nostri praeceperunt, necesse est qui futuri sunt sacrorum administri iam ab inferioris et medii ordinis scholis instituantur; ut nempe, cum altioribus disciplinis operam dabunt, ac praesertim sit aut de Sacris Scripturis aut de sacra theologia academicos gradus appetent, sit ipsis facultas, non modo fontes Graecos philosophiae scholasticae, quam appellant, sed ipsos Sacrarum Scripturarum, Liturgiae, Ss. Patrum Graecorum primiformes codices adeundi probeque intellegendi(17).

§ 8. Eidem praeterea Sacro Consilio mandamus, ut linguae Latinae docendae rationem, ab omnibus diligentissime servandam, paret, quam qui sequantur eiusdem sermonis iustam cognitionem et usum capiant. Huiusmodi rationem, si res postulaverit, poterunt quidem Ordinariorum coetus aliter digerere, sed eius numquam immutare vel minuere naturam. Verumtamen iidem Ordinarii consilia sua, nisi fuerint a Sacra Congregatione cognita et probata, ne sibi sumant efficere.

12. Extremum quae hac Nostra Constitutione statuimus, decrevimus, ediximus, mandavimus, rata ea omnia et firma consistere et permanere auctoritate Nostra Apostolica volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam peculiari mentione dignis.

*Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXII mensis Februarii, Cathedrae S. Petri Ap. sacro, anno MDCCCCLXII, Pontificatus Nostri quarto.*

**IOANNES PP. XXIII**

---

(1) Tertull., *Apol.* 21; Migne, *PL* 1, 394.

(2) *Eph.* 1, 10.

- Textus editus in *AAS* 54(1962) 129-35; et in *L'Oss. Rom.* 24 Febr. 1962, p. 1-2.

(3) Epist. S. Congr. Stud. *Vehementer sane*, ad Ep. universos, 1 Iul. 1908: *Ench. Cler.*, N. 820. Cfr etiam Epist. Ap. Pii XI, *Unigenitus Dei Filius*, 19 Mar. 1924: *A.A.S.* 16 (1924), 141.

(4) Pius XI, Epist. Ap. *Officiorum omnium*, 1 Aug. 1922: *A.A.S.* 14 (1922), 452-453.

(5) Pius XI, Motu Proprio *Litterarum latinarum*, 20 Oct. 1924: *A.A.S.* 16 (1924), 417.

(6) Pius XI, Epist. Ap. *Officiorum omnium*, 1 Aug. 1922: *A.A.S.* 14 (1922) 452.

(7) *Ibidem*.

(8) S. Iren., *Adv. Haer.* 3, 3, 2; Migne, *PG* 7, 848.

(9) Cfr C. I. C., can. 218, § 2.

(10) Cfr Pius XI, Epist. Ap. *Officiorum omnium*, 1 Aug. 1922: *A.A.S.* 14 (1922), 453.

(11) Pius XII, Alloc. *Magis quam*, 23 Nov. 1951: *A.A.S.* 43 (1951) 737.

(12) LEO XIII, Epist. Encycl. *Depuis le jour*, 8 Sept. 1899: *Acta Leonis XIII* 19 (1899) 166.

(13) Cfr *Collectio Lacensis*, praesertim: vol. III, 1918s. (Conc. Prov. Westmonasteriense, a. 1859); vol. IV, 29 (Conc. Prov. Parisiense, a. 1849); vol. IV, 149, 153 (Conc. Prov. Rhemense, a. 1849); vol. IV, 359, 361 (Conc. Prov. Avenionense, a. 1849); vol. IV, 394, 396 (Conc. Prov. Burdigalense, a. 1850); vol. V, 61 (Conc. Strigoniense, a. 1858); vol. V, 664 (Conc. Prov. Colocense, a. 1863); vol. VI, 619 (Synod. Vicariatus Suchnensis, a. 1803).


(14) Ad Conventum internat.

« Ciceronianis Studiis provehendis », 7 Sept. 1959; in *Discorsi Messaggi Colloqui del Santo Padre Giovanni XXIII*, I, pp. 234-235; cfr etiam Alloc. ad cives dioecesis Placentinae Romam peregrinantes habita, 15 Apr. 1959: *L'Osservatore Romano*, 16 apr. 1959; Epist. *Pater misericordiarum*, 22 Aug. 1961: A.A.S. 53 (1961), 677; Alloc. in sollemni auspicatione Collegii Insularum Philippinarum de Urbe habita, 7 Oct. 1961: *L'Osservatore Romano*, 9-10 Oct. 1961 Epist. *Iucunda laudatio*, 8 Dec. 1961: A.A.S. 53 (1961), 812.

(15) Pius XI, Epist. Ap. *Officiorum omnium*, 1 Aug. 1922: A.A.S. 14 (1922), 453.

(16) Epist. S. C. Studiorum, *Vehementer sane*, 1 Iul. 1908: *Ench. Cler.*, n. 821.

(17) Leo XII, Litt. Encycl. *Providentissimus Deus*, 18 Nov. 1893: *Acta Leonis XIII*, 13 (1893), 342; Epist. *Plane quidem intelligis*, 20 Maii 1885, *Acta*, 5, 63-64; Pius XII, Alloc. *Magis quam*, 23 Sept. 1951: A.A.S. 43 (1951), 737.



**KONSTYTUCJA APOSTOLSKA  
JEGO ŚWIĄTOBLIWOŚCI  
JANA XXIII**

**VETERUM SAPIENTIA**

**O WSPIERANIU NAUCZANIA  
JĘZYKA ŁACIŃSKIEGO**

Jan, biskup, Sługa sług Bożych, na wieczną rzeczy pamiątkę.

1. Starożytna mądrość zawarta w pismach Greków i Rzymian, a także najwspanialsze pomniki nauki dawnych ludów, uważać nam trzeba za jutrzenkę poprzedzającą brzask prawdy ewangelicznej, którą Syn Boży, „Dawca łaski i Głosiciel doktryny, Światło i Przewodnik rodzaju ludzkiego”<sup>1</sup> głosił na tej ziemi. Ojcowie i Doktorzy Kościoła rozpoznali bowiem w tych najznakomitszych pomnikach owych zamierzchłych czasów jak gdyby przygotowanie umysłów do przyjęcia niebieskich skarbów, których Jezus Chrystus udzielił ludziom „w zarządzanej pełni czasów” (Ef 1, 10). Przeto widzimy, że w odnowionym przez chrześcijaństwo porządku rzeczy nie zaginęło nic z tego, co prawdziwego, sprawiedliwego, szlachetnego i pięknego zrodziły minione wieki.

2. Z tego powodu Kościół Święty zawsze darzył głęboką czią owe pomniki mądrości, przede wszystkim zaś same języki grecki i łaciński, które są naszym złotą szatą mądrości. Przyjął w użycie także i inne czcigodne języki, które rozkwitły w krajach Wschodu i które w znacznym stopniu przyczyniły się do postępu rodzaju ludzkiego i kształtowania obyczajów, a stosowane w świętych obrzędach lub w tłumaczeniu Pisma Świętego, funkcjonują w niektórych miejscach po dzień dzisiejszy jako nigdy nie milnący głos żywej starożytności.

3. Wśród tej różnorodności języków niewątpliwie wyróżnia się ten, który najpierw pojawił się na terenie Lacjum, później zaś rozprzestrzenił się po prowincjach Zachodu, stając się cudownym narzędziem szerzenia w nich religii chrześcijańskiej. Stało się to bowiem nie bez szczególnego zamysłu Bożego, że ten język, który przez tyle wieków łączył pod panowaniem Cesarstwa Rzymskiego tak wielką liczbę ludów, stał się własnym językiem Stolicy

<sup>1</sup> Tertulian, *Apologia*, 21, PL 1, 394.

Apostolskiej<sup>2</sup>, a zachowany dla potomności złączył ścisłym węzłem jedności chrześcijańskie narody Europy.

Bo z samej swej natury język łaciński wybornie nadaje się do rozwijania wśród wszystkich narodów każdej formy ludzkiej kultury: nie wzbudza zazdrości, jest bezstronny dla wszystkich, nikogo nie faworyzuje, ale każdemu jest miły i dla wszystkich przyjazny. Wreszcie nie wolno też zapominać, że język łaciński wyróżnia się szlachetną charakterystyką i właściwościami: jego sposób wypowiedania się jest bowiem „zwięzły, bogaty, różnorodny, pełen dostojeństwa i godności”<sup>3</sup>, co znakomicie przyczynia się tak do przejrzystości, jak i do powagi.

4. Z tego powodu Stolica Apostolska zawsze dbała o pieczołowite zachowywanie języka łacińskiego i uznała go za godzien tego, by posługiwać się nim w spełnianiu swego nauczania niczym „wspaniałą szatą niebieskiej doktryny i najświętszych praw”<sup>4</sup>, oraz tego, by słudzy Kościoła używali go w sprawowaniu sakramentów. Mężowie Kościoła bowiem, niezależnie od tego, gdzie się znajdują, dzięki używaniu języka Rzymian mogą szybciej zapoznawać się z orzeczeniami Stolicy Świętej, a także swobodniej komunikować się zarówno z nią, jak i między sobą.

Dlatego też „znajomość i umiejętność posługiwania się tym językiem”, tak ściśle związanym z życiem Kościoła, „ma dla religii jeszcze większe znaczenie niż dla wykształcenia i obycia”<sup>5</sup>, jak napominał nasz nieodżałowanej pamięci poprzednik, Pius XI, zbadawszy rzecz zarówno rozumem, jak i doświadczeniem życiowym, wskazał trzy cechy tego języka, wspaniale dopasowane do samej natury Kościoła: „Kościół bowiem, obejmując w swoim łonie wszystkie narody i mając trwać aż do końca wieków, z samej swojej natury wymaga języka uniwersalnego i niezmiennego, różnego od mowy ludowej”<sup>6</sup>.

5. Skoro tedy „wszystkie Kościoły muszą zgadzać się”<sup>7</sup> z Kościołem Rzymskim, a papieże mają prawdziwą władzę „biskupią, powszechną i bezpośrednią tak nad wszystkimi i każdym z osobna Kościołem, jak i nad wszystkimi i każdym z osobna pasterzem i wiernym”<sup>8</sup> dowolnego obrządku, narodu i języka, przeto wydaje się stosowne, by narzędzie wzajemnej komunikacji było powszechne i bezstronne, zwłaszcza pomiędzy Stolicą Apostolską a tymi Kościołami, które posługują się rytem łacińskim. I zgodnie z tym

2 List św. Kongregacji Studiów, *Vehementer sane*, 1 lipca 1908: *Enchiridion Clericorum*, nr 820. Por. Także: List Apostolski Piusa XI *Unigenitus Dei Filius* z 19 marca 1924: AAS. 16 (1924), 141.

3 Pius XI, List Apostolski *Officiorum omnium*, 1 sierpnia 1922: AAS. 14 (1922), 452-453.

4 Pius XI, *Motu Proprio Litterarum latinarum*, 20 października 1924: AAS. 16 (1924), 417.

5 Pius XI, List Apostolski *Officiorum omnium*, 1 sierpnia 1922: AAS. 14 (1922) 452.

6 Tamże.

7 Św. Ireneusz, *Adversus haereses*, 3, 3, 2; PG 7, 848.

8 Por. *Codex Iuris Canonici*, can. 218, § 2.



zarówno papież, gdy chcą pouczyć o czymś katolickie narody, jak i poszczególne gremia Kurii Rzymskiej, gdy rozwiązują jakieś sprawy bądź wydają dekryty odnoszące się do ogółu wiernych, zawsze używają języka łacińskiego, zupełnie tak, jak gdyby był on głosem matczynym, miłym dla niezliczonych narodów.

6. Język używany przez Kościół musi być nie tylko powszechny, ale także niezmienny. Gdyby bowiem prawdy Kościoła katolickiego przekazywane były za pomocą niektórych – albo też wielu – współczesnych, zmiennych języków, z których żaden nie może górować powagą nad innymi, niechybnie doprowadziłoby to do tego, że na skutek ich różnorodności znaczenie tych prawd nie byłoby przedstawiane wszystkim ani dość wyraźnie, ani dość jasno. Co więcej, nie byłoby też żadnej wspólnej, niewzruszonej normy, do której musiałyby się dostosowywać pozostałe języki. W rzeczy samej, język łaciński, już od dawna bezpieczny od zmian, jakie w znaczeniu pojęć zwykło wywoływać ich powszechne używanie w życiu codziennym, trzeba uznać za stały i niezmienny, jako że nowe znaczenia niektórych łacińskich słów, wymuszone rozwojem, objaśnianiem i obroną prawd chrześcijańskich, zostały już dawno ustalone i przyjęte.

7. Skoro więc Kościół katolicki, jako założony przez samego Chrystusa, znacznie przewyższa godnością wszystkie inne ludzkie społeczności, słuszne jest, aby język, którym się posługuje, nie był językiem potocznym, ale pełnym szlachetności i dostojęstwa.

8. Poza tym, język łaciński, który „słusznie możemy nazwać katolickim”<sup>9</sup>, gdyż został uświęcony ciągłym używaniem go przez Stolicę Apostolską, matkę i nauczycielkę wszystkich Kościołów, musimy uważać za „skarb... o niezrównanej wartości”<sup>10</sup>, i jak gdyby pewną otwartą dla wszystkich bramę, wiodącą do rozumienia z dawna przyjętych prawd chrześcijańskich i do bezcennych pomników doktryny Kościoła<sup>11</sup>; wreszcie zaś także za nader pożyteczny węzeł, który w cudowny sposób łączy Kościół naszych czasów tak z poprzednimi, jak i z przyszłymi pokoleniami.

9. Nikt zaś nie może wątpić, że zarówno językowi Rzymian, jak i ich szlachetnym dziełom literackim przysługuje pewna szczególna moc, wyjątkowo odpowiednia do kształcenia i formowania umysłów młodych ludzi ku rzeczom wzniosłym: przede wszystkim bowiem ćwiczy władze umysłu i ducha, prowadzi je do dojrzałości i doskonali; dalej, przez

---

9 Por. Pius XI, List Apostolski *Officiorum omnium*, 1 sierpnia 1922: AAS. 14 (1922), 453.

10 Pius XII, alokucja *Magis quam*, 23 listopada 1951: AAS. 43 (1951) 737.

11 Leon XIII, encyklika *Depuis le jour*, 8 września 1899: Acta Leonis XIII, 19 (1899) 166.

zmuszanie umysłu do wysiłku wyostrza władzę osądu; następnie przygotowuje młodzieńczy intelekt do słusznego ujmowania i oceniania wszystkich rzeczy; wreszcie uczy myśleć i wypowiadać się w najtrafniejszy sposób.

10. Rozważywszy te rzeczy z łatwością zrozumiemy, dlaczego papieże tak często i z takim naciskiem nie tylko wyrażali pochwały doniosłości i zalet języka łacińskiego, ale także nakazywali jego naukę oraz używanie duchowieństwu tak diecezjalnemu jak i zakonnemu, wskazując zagrożenia wynikające z jego zaniedbania.

Dlatego, kierując się tymi samymi nader poważnymi przyczynami, którymi kierowali się Nasi Poprzednicy i Synody Prowincjonalne, także i my chcemy z mocnym postanowieniem dołożyć starań, by język ten odzyskał należną mu godność, a jego nauczanie i pielęgnowanie było coraz usilniej popierane. A ponieważ w naszych czasach w wielu miejscach zaczęto kwestionować używanie języka rzymskiego i dlatego wielu pyta nas, co na ten temat sądzi Stolica Apostolska, postanowiliśmy, wydając ten ważny dokument, ustanowić odpowiednie normy, tak aby stara i nigdy nieprzerwana tradycja używania języka łacińskiego była zachowana, tam zaś, gdzie niemal zanikła, aby została w pełni przywrócona.

Co więcej, jakie jest nasze zdanie na ten temat, wystarczająco jasno, jak nam się wydaje, pokazaliśmy, zwracając się do uczących się języka łacińskiego tymi oto słowami: „Niestety, wielu jest takich, którzy, zauroczeni niezwykłym postępem nauk, zuchwale postanawiają odrzucić lub ograniczyć naukę łaciny i inne podobne dyscypliny... Przymuszeni tą właśnie koniecznością uważamy, że należy podążać przeciwną drogą. Ponieważ leży nam na sercu to, co bardziej odpowiada naturze i godności człowieka, tym goręcej powinniśmy pielęgnować rzeczy, które kształcą i zdobią umysł, aby nieszczęśni śmiertelnicy nie stali się zimni, oschli i pozbawieni miłości, podobnie jak owe maszyny, które sami wytwarzają”<sup>12</sup>.

11. Po rozważeniu i starannym przemyśleniu tych spraw, świadomi ciężkiej na nas odpowiedzialności i autorytetu, postanawiamy i nakazujemy to, co następuje:

§ 1. Biskupi i przełożeni zgromadzeń zakonnych niech dokładają starań, aby w ich seminariach i szkołach, w których młodzieńcy przygotowują się do kapłaństwa, wszyscy sumiennie przestrzegali woli Stolicy Apostolskiej w tej sprawie i skrupulatnie trzymali się tych Naszych zaleceń.

---

12 Jan XXIII, alokucja *Ad Conventum Internationalem Ciceronianis Studiis provehendis*, 7 września 1959.

§ 2. Niech z ojcowską troską baczą, aby nikt spośród osób podlegających ich władzy, kierując się pogonią za nowinkami, nie pisał niczego przeciw użyciu języka łacińskiego w przekazywaniu wyższych nauk świętych i w sprawowaniu świętych obrzędów, ani też by z niechęci do zdania wyrażonego przez Stolicę Apostolską nie próbował lekceważyć bądź opacznie przedstawiać woli Stolicy Apostolskiej w tej sprawie.

§ 3. Zgodnie z przepisami Kodeksu Prawa Kanonicznego (kan. 1364) oraz z postanowieniami Naszych Poprzedników, kandydaci do kapłaństwa, zanim jeszcze rozpoczną właściwe studia w naukach kościelnych, mają być przez doświadczonych wykładowców dokładnie zaznajomieni z językiem łacińskim, z zastosowaniem odpowiedniej metody i sposobu nauczania przez wystarczająco długi okres czasu, „także dlatego, aby później, gdy przystąpią do zgłębiania wyższych dyscyplin... nie okazali się niezdolni do pełnego zrozumienia nauk z powodu braku znajomości języka, nie mówiąc już o ćwiczeniu się w tych scholastycznych dysputach, które znakomicie rozwijają w młodych ludziach zdolność do obrony prawdy”<sup>13</sup>. Dotyczy to również tych, którzy w starszym wieku powołani zostali do świętej posługi, a którzy niewiele lub wcale nie poświęcali się studiom humanistycznym. Nikt bowiem nie powinien mieć dostępu do nauk filozoficznych lub teologicznych, jeśli nie jest całkowicie i w pełni zaznajomiony z tym językiem i nie potrafi się nim posługiwać.

§ 4. Gdziekolwiek z powodu upodobnienia metody nauczania do publicznych szkół państwowych została w jakimś stopniu zaniedbana edukacja w zakresie języka łacińskiego, ze szkodą dla solidnego i prawdziwego wykształcenia, tam uznajemy za konieczne przywrócenie tradycyjnego porządku nauczania tego języka. Każdy powinien być bowiem przekonany, że również w tej sprawie sposób kształcenia kandydatów do stanu duchownego winien być starannie zachowany, nie tylko pod względem liczby dyscyplin i ich rodzaju, ale także czasu przeznaczanego na ich nauczanie. Jeśli więc z konieczności podyktowanej wymogami czasu lub miejsca do programu muszą być dodane inne wspólne przedmioty, wtedy trzeba albo przedłużyć okres nauki, albo skrócić tamte przedmioty, albo wreszcie przenieść ich nauczanie na inny czas.

§ 5. Wyższe nauki święte, jak to często nakazywano, powinny być wykładane w języku łacińskim, który – jak wiemy z wielowiekowego doświadczenia – „jest najbardziej odpowiedni do wygodnego i przejrzystego wyjaśniania najtrudniejszych i najbardziej

---

13 Pius XI, List Apostolski *Officiorum omnium*, 1 sierpnia 1922: AAS. 14 (1922), 453.

subtelnych form i pojęć rzeczy”<sup>14</sup>. Bo oprócz tego, że już dawno został wzbogacony o specyficzne i solidne słownictwo, stosowne do obrony integralności wiary katolickiej, jest również bardzo przydatny do usuwania próżnego gadulstwa. Dlatego ci, którzy nauczą tych przedmiotów na wyższych uczelniach i seminariach, zobowiązani są zarówno mówić po łacinie, jak i używać podręczników napisanych w języku łacińskim. Jeśli zaś z powodu niedostatecznej znajomości języka łacińskiego nie są w stanie przestrzegać tych zaleceń Stolicy Apostolskiej, należy ich stopniowo zastępować nauczycielami zdolnymi sprostać temu zadaniu. Natomiast ewentualne trudności podnoszone czy to przez studentów, czy przez samych profesorów, muszą zostać przewyciężone z jednej strony stałością biskupów i przełożonych, z drugiej zaś dobrą wolą wykładowców.

§ 6. Ponieważ język łaciński jest żywym językiem Kościoła, musi być dostosowywany do codziennie rosnących potrzeb komunikacyjnych i wzbogacany nowymi, odpowiednimi i zgodnymi terminami, lecz w sposób bezstronny, powszechny i zgodny z duchem starożytnego języka łacińskiego, który naśladowali zarówno Święci Ojcowie, jak i najlepsi pisarze kościelni, zwani scholastykami. Dlatego polecamy Świętej Kongregacji Seminariów i Uniwersytetów, aby zadbała o utworzenie Akademickiego Instytutu Języka Łacińskiego. Instytut ten, w którym winien zostać utworzony zespół uczonych biegłych w językach łacińskim i greckim, pochodzących z różnych części świata, będzie miał na celu – podobnie jak akademie poszczególnych państw, zakładane dla promowania języka narodowego – troszczenie się o właściwy rozwój języka łacińskiego poprzez dodawanie do słownika łacińskiego, jeśli będzie to konieczne, nowych wyrazów dostosowanych do jego natury i kolorytu. Jednocześnie będzie się tam prowadzić wykłady o całej łacinie, z każdej epoki, a zwłaszcza chrześcijańskiej. Będą tam kształceni ci, którzy albo mają uczyć języka łacińskiego w seminariach i kolegiach kościelnych, albo przeznaczeni będą do sporządzania dekretów i wyroków, albo też będą się zajmować korespondencją w kongregacjach Stolicy Apostolskiej, w kuriach diecezjalnych oraz w urzędach zakonnych.

§ 7. Ponieważ język łaciński jest najściślej związany z językiem greckim, zarówno swoją strukturą, jak i powagą przekazanych w nim starożytnych pisarzy, dlatego – jak to często nakazywali Nasi Poprzednicy – przyszli słudzy Kościoła muszą być z nim zaznajamiani już od szkół niższego i średniego szczebla: po to mianowicie, by gdy podejmą się nauki wyższych dyscyplin, a zwłaszcza gdy będą dążyć do uzyskania stopni akademickich w zakresie Pisma Świętego lub świętej teologii, mieli możliwość dostępu nie tylko do greckich źródeł tak zwanej filozofii scholastycznej, ale także do oryginalnych kodeksów Pisma

<sup>14</sup> List Św. Kongregacji Studiów *Vehementer sane*, 1 lipca 1908: *Enchiridion Clericorum*, nr 821.

Świętego, tekstów liturgicznych, oraz dzieł świętych Ojców greckich, i dobrze je zrozumieli<sup>15</sup>.


§ 8. Ponadto polecamy tej samej Świętej Kongregacji, aby opracowała metodę nauczania języka łacińskiego, której wszyscy powinni starannie przestrzegać, aby uzyskać rzetelną znajomość tego języka oraz umiejętność posługiwania się nim. Metodę tę, w razie potrzeby, będą mogły modyfikować konferencje biskupów, ale nigdy nie będą mogły zmieniać ani osłabiać jej natury. Niech jednak biskupi nie ważą się wcielać własnych postanowień bez uprzedniego rozpatrzenia i zgody wydanej przez wspomnianą Św. Kongregację.

12. Na koniec zaś chcemy i nakazujemy, aby wszystko, co w tej Naszej Konstytucji postanowiliśmy, zadekretowaliśmy i poleciliśmy, z mocy Naszego Apostolskiego autorytetu trwało i pozostawało ważne i nienaruszone, niezależnie od jakichkolwiek przeciwnych rozporządzeń, nawet tych godnych szczególnej uwagi.

Dan w Rzymie, u Świętego Piotra, dnia 22 lutego, w święto Katedry Świętego Piotra Apostoła, roku 1962, w czwartym roku Naszego Pontyfikatu.

Jan XXIII, papież.

***Tekst polski  
w tłumaczeniu Marcina Beściaka.***



---

<sup>15</sup> Leon XII, encyklika *Providentissimus Deus*, 18 listopada 1893: Acta Leonis XIII, 13 (1893), 342; List *Plane quidem intelligis*, 20 maja 1885, Acta, 5, 63-64; Pius XII, alokucja *Magis quam*, 23 września 1951: AAS. 43 (1951), 737.